



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Apologia Petri Stevartii Leodii, Theologiae In Academia
Ingolstadiana Professoris, Ad D. Mavritivm Ibidem
Parochi, Consilarii Ducalis Bauarici, & ad SS. apostolos,
Coloniae, Præpositi. Pro Societate ...**

Stevartius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1594

VD16 S 8949

Amico Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70292)

tis & virtutis Ductores atque Doctores, fidei Catholicae acerrimi Propugnatores, pro felicitate, saluteque vestra exoratores. Atque hic sit finis defensionis meae, cui si quid vel in Calumniatore confutando; vel cuiusquam dignitate ac Societatis honore tuendo & amplificando defuit, id vestra Serenissimi & Illustrissimi Principes, & Illustres Ordines sapientia corrigetur; eritque tantò illustrius innocentiae testimonium, quantò manifestius ex hac Oratione mea apparebit, nullis vos verborum aut sententiarum lenocinijs ac fucis, sed sola veritate permotos, Societatem IESV retinendam, amandam, ornandam, defendendam suscepisse.

AMICO LECTORI.



VOD sapius in hac Apologia professus sum, neque omnes, neque precipuas tantum Calumnias & mendacia in Societatem IESV me persecutum esse: sed illa tantum quae mihi in his temporum angustijs & occupationibus meis, Pseudohistoriam peruolantem, haeserunt in memoria: de eo nunc quoque Lectorem meum admoneo, sicut etiam de illo: nullam ex omnibus à me confutatis calumnijs, non pluribus etiam locis repetitam esse à Calumniatore. Videant qui sapiunt, quid in ceteris à me praetermissis credendum sit Polycarpo, quem nemo vnquam hominem esse probare poterit tot argumentis, quot ego eum induijs ac testimonijs mendacissimum esse Calumniatorem conuicti. Quamquam quae à me omissa sunt ab alijs viris grauibus & doctis, qui nuper etiam in simili causa Societatem IESV egregie publiceque dilaudarunt ac defenderunt, peti possent; & breui, quemadmodum audio, prodibunt in lucem totius Pseudohistoriae confutatio, in qua omnium minimarum maximarumque, euentuarum calumniarum coarguetur Pseudohistoricus. Interea Lector hac nostra Apologia, quam officio, fide, pietate & veritatis testantur studio adductus conscripsi, fruere.

PRAE